

Die 5. Decembri a^o 1530.

Andreas Cricius Episcopus Plocensis
Bona Regina Polonia

Sacra Majestas mea Domina Reuerentissima. Humillimam
meam mei commendationem. Narravit mihi Dominus
Mareschallus Curie omnia, que Sacra Majestas vestra
illi ad me committere dignata est. Ego vero non solum
decidero hec, ut alioquin omnia alia fauere quocumque
maiestati vestra mandat, sed etiam immensas illi ago gra-
tias, quod de his sollicita esse dignetur, que et debemus hic
omnes, et sunt iustissima, debemus inquam custodire Ma-
iestatem et bonum statum Domini et benefactoris nostri
magis, quam nostrum proprium debemus sinceriter et expe-
dite negotia publica tractare, ne homines et nos ipsos
ad inuites sumptus inducamus, ut hactenus semper feci-
mus; Iustissimum vero est, et consuetudo indignissima, que
in nullis aliis terris, imo nusquam gentium est, non sit in
terra Plocensi, sed et illam ibi fuisse, nullo legitimo tes-
timonio probari potest, que tamen et alia pleraque
corrigi non potuerunt hactenus; quod sumus multi, qui-
bus et longi seruentus et controversie hominum sunt
lucro. Itaque supplico Vestre Sacre maiestati non
cespare, dignetur eos argere, quibus id magis est in ma-
nu quam mihi, de petitione illius Dedali, id est Las-

hui

Laskij nostri suo adhuc Posnauie, nam et meum de-
his aliis egit: sed ego simpliciter responderam, illum fru-
stra aliquid tentaturum rebus in quibus versatur, sic
stantibus. In hoc negotio, et aliis omnibus da me semper
gerere volo, sic uti erit voluntas Maiestatis Vestre de-
reuerentissima Domine et Benefactricis mee Clementissi-
me, cui meam humilem, et deditissimam seruitutem
omni qua possum suppliciter commendo. Cetera nar-
rabit, qui has reddet, quem Maiestas Vestra Reveren-
tissima clementer audire dignetur. Ex loco Piotrowi-
ensi die V. Decembr. anno Domini MDLXX.